



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1656**

§. 305. Etsi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. v. 18.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45533**

## §. 303. Linguis loquentur nouis. v. 18.

Hoc iam alterum est signum credentia Apostolorum ad Genes, & non eruditos in scripturis Iudeos, quid illo profectum sit eadem Acta docent & sequens Ecclesiae Historia.

**D**eus meus verissime olim est dictum, linguæ esse in animalibus rem optimam & pessimam ecce linguae nouæ optima res est, linguae veteres pessimæ, linguae veteres sunt linguae Adami & Eua, linguae nouæ sunt Christi & Mariae. Ista fugiam, has amplectar.

## §. 304. Serpentes tollent. v. 18.

Hoc tertium signum Apostolatus ad gentes & imperitos, tollere serpentes tollebat eos S. Paulus in Melite insula, & conuertebat spectatores, tollebat in Hibernia S. Patritius Episcopus. Iustulerc eos alij innumeri, neque hodie desunt, in quos venenis grassati haeretici, effecerunt nihil.

**D**eus meus, gratias tibi ago & laudo te in cunctis mirabilibus. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus noster. adiuua me, ut metaphoricis mortibus serpentum infernaliū saucius non succumbam, & vigore Sacerdotij mei in alijs eosdem mortuis consanem.

## §. 305. Etsi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. v. 18.

Quartum signum credentia Apostolicæ, mortiferum innoxie bibe re. Bibit hoc innoxie S. Ioannes Apostolus. & S. Benedictus signo crucis Intoxicatum poculum dirupit. Innúmeri hoc de Ecclesia Christi fecerunt.

**D**eus meus, fateor hoc tempore, conuersis his ad te regnis, non opus esse hoc signo ad literam explicato (quamvis tuæ tamen non desit Ecclesiæ) tamen spiritualiter indies hoc miraculum nobis & necesse est & seruit. nam quis est qui non mortiferum bibat, dum eum proximus malo verbo, vel facto scandalizat? vix illus certe nisi ab omni hominum societate remotus.

## §. 306. Super agros manus imponent &amp; bene habebunt. v. 18.

Quintum hoc signum est quo multi infirmi à diuersis languoribus sunt curari, ex impositione manuum Apostolorum, & ex tactu vestimentorum, jmo quod plus est, per umbram S. Petri. vii & per manus Apostolorum omnium siebant signa & prodigia multa in plebe, qui non solum infirmos curabant, sed per impositionem manuum dabatur spiritus sanctus.